



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi
Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres**

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

XXXVII. An Confessio sit lure diuino necessaria?

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233

vos fornicatio, qualis nec inter gentes; ut v-
xorem patris sui aliquis habeat. Huic tamen
correpto ac pœnitenti condonauit.

5. His adde repetita altius: In Regibus Israel, quis Achabo scelerior? 3. Reg. 12. In Iuda regno quis peior Manasse? 2. Paral. 33. Pœnitentibus tamen veniam obtigit. Et Iudæ proditori eam obtuli ipse, ac sæpius.

6. Prophetæ vniuersè clamant, ut Ezech. 18. 33. Nolo mortem peccatoris. Sic Isa. 1. 55. Jer. 18. &c. Ioel. 2. OMNIS, qui inuocauerit Nomen Domini, saluus erit: at omnis serio contritus inuocat Dominum. Hinc, ibid. Inter vestibulum & Altare plorabunt Sacerdotes ministri Domini, & dicent: generaliter, Parce Domine, parce populo tuo. Quin & Niniuiti, prædicauit Ionas & Rex Iohann. 3. Operiantur fatus homines, & iumenta, & clament ad Dominum in fortitudine. Et ego Omnes peccatores suscepit; Quin Agnus fuit a sum Dei, qui tollit peccata mundi, quot, quanta, qualiacunque sint.

QVÆSTIO XXXVI.

Contritus ex timore poena Seruili, an si bona?

LIV. ANTICHRISTIANISMVS.
LVTHERVS. Seruiliis timor hypocritas facit, au-
gerque peccatum.

LUTHERO-CALVINISTAE vero eam adpro-
bant, ut bonam, nobiscum.

CHRISTVS. 1. Ego multis studui timorem inutere gehennæ per & minas, & increpationes. Mat. 5. 13. 24. 25. Mar. 9. Luc. 12. Sic & Præcursor meus, Mat. 3. Genimina viperarum, quis vobis de-monstravit fugere à venturaria? Sic Psaltes.

7. *Nisi conuersi fueritis, gladium suum vibrabit.* &c.

2. Ut ille timor est: Nam Eccl. 1. Timor Domini expellit peccatum: cap. 25. est initium dilectionis eius. Isa. 26. At timore tuo concepimus, & peperimus spiritum salutis. Mat. 1. Si ego Pater vester, ubi est honor meus? Si Dominus, ubi timor meus?

3. Hinc mandaui, Matth. 10. Timete eum, qui potest corpus & animam perdere in gehennam.

4. Hinc eundem timorem inspirat Deum: Rom. 8. Non accepisti Spiritum servitutis iterum in timore: sed accepisti Spiritum adoptionis filiorum. &c.

QVÆSTIO XXXVII.

An si necessaria CONFESSIO de Iure diuino?

LV. ANTICHRISTIANISMVS.
LVTHERANI Vtile ac necessariam aiunt; ne-
gantque:

CALVINISTÆ vllam esse necessariam per-
negant, cum Montanistis, Nouatianis, Massa-
lianis, &c.

CHRISTVS. I. Quia nolo mortem peccatoris; sed magis ut conuertatur, & vi-
uat: Ideoque non veni vocare inflos ad pœn-
sad peccatores: idcirco hi quoque tenen-
tur iure diuino circumspicere sibi re-
conciliationem cum Deo. At huic ne-
cessarium est unicum illud, post baptis-
mum, Confessionis medium Sacerdoti
faciundæ: Quocirca ad hanc tener iuri-
re diuino peccatores necesse est. Atq;
ea causa Iudices constitui Sacerdotes,
lapsorum reconciliatores. Iudicium ve-
rò nequit fieri, aut fingi, sine prævia cau-
ſe cognitione:

M

Quo-



Quocirca ea est per Confessionem explicanda.

II. HAE C equidem istis manifestauit:

1. Promissione Principi soli Apostolorum facta, Mat. 16. *Tibi dabo Claves regnicælorum; & quodcumque solueris super terram, eris solutum & in cælis: & quodcumque alligaueris. &c.*

2. Apostolis vniuersis promissi, Mat. 18. *Quæcumque alligaueris super terram, erunt ligata & in cælis: & quæcumque solueritis. &c.*

3. Exhibitio promissæ Potestatis, Ioa. 20. *Accipite Sp. Sanctum, quorum remiseritis peccata, remittentur eis: & quorum retinueritis, resenta erunt. Itaque iure diuino tenentur Peccatores sese Deoreconciliare de peccatis, eaque Confiteri; Sacerdotes eadém audi re; audita iudicare; iudicata remittere, aut retinere.*

III. VSVS APOSTOLORVM tollensis sic frequentauit.

1. A& 19. *Multi credentium veniebant, CONFIDENTES & annunciantes ACTVS SVOS. Multi autem ex eis, qui erant acriora sectati, contulerunt libros & combusserunt coram omnibus. At Credentes dicuntur post baptismum: ergo Confidentes sunt lapsi post baptismum resipientes: Et in specie actus suis confidentes: Idque non solum Deo; sed etiam Paulo. Neque huic facto sic necessario præcessit vlla humana institutio. Quare necessatio dandum Institutionem Confessionis à me esse diuinam.*

2. DEINDE 2. Cor. 5. *Dedit nobis, ait testis meus, Mysterium Reconciliationis, & posuit in nobis Verbum reconcilliat. Pro Christo er-*

golegatione fungimur. At quiverò Legatus ad Regem alteri reconciliandum fungi munere hoc nequit, nisi pernoscat causam vi potestatis sibi factæ: unde alter cam edicere tenetur, ac Legatus subiicere iudicio.

3. AD HÆC Iac. 5. *Confitemini alterum peccata vestra: Neceſitatem isthæc testatur adhortatio, ad Confitendum Peccata, Homini.*

4. SIMILITER I. Ioa. 1. *Si Confitemur peccata nostra, fidelis & iustus est, ut Remittat nobis pec. nostra, & emundet nos ab omni iniquitate. Non dicit, Si confitemur nos peccatores in genere; sed in specie peccata nostra.*

IV. FIGVRÆ istius ritè præcesserunt: Sicut Baptismi in Arca Noe: in circumcisione; in Transitu maris rubri: in Probatica piscina: in Baptismo Ioannis: in Christi Promissione, Ioa. 3. *Nisi quis renatus. &c.* Figuratum pariter respondit in Institutione, Mat. vlt. *Baptizate omnes. &c.* in que Vſu. Sicut præerunt typi Eucharistici in Oblatione Melchisedech: in Panibus propositionis: in Agno paschali, in Multiplicatione panum: in Promissione Christi, Ioa. 6. Et Res Figurata respondit in Institutione: in que Vſu.

Sic & de Confessione pec. liquent eadem.

Deus eam in lege naturæ exegit: In Lege Moysis præscripsit: Ego eam in Euangeliō, figuris expressi: Promisi: Institui: Apostoli celebrarunt Vſu facti, dicti, scripti.

I. IN LEGE NATVRÆ, Deus exegit Confessionem peccati, Gen. 3. ab

Adam



Adam & Eva: Gen. 4. ab Cayn. Et confessio oris, & peccati specialis; idque coram Ministro Dei angelo sic interrogante non solum cordis, peccati in gente, & coram Deo solo. Atqui & *Sacerdos Angelus Domini est. Malac. 2.*

II. IN MOSAI CA. Leu. 13. 14. Iudicium lepra solis creditum est Sacerdotibus inspectoribus, ac iudicibus lepræ. Et ego eam approbaui Mat. 18. Offende te sacerdii. Num. 5. & Leu. 5. Confessioni addidit Deus, loco Satisfactionis, Oblationem Sacrificij. Num. 5. *Vir, siue mulier cum fecerint ex omnibus peccatis, que solent hominibus accidere, & per negligentiam transgressi fuerint mandatum Domini atque diligerint; confitebuntur peccatum suum, quod fecerunt expresse, habetur in hebreico.* Leuit. 5. *Agat penitentiam pro peccato.*

Quod si in Vet. Test. instituta Confessio fuit iure diuino necessaria; vbi nulla impendebatur Absolutio: quanto magis in Nouo?

III. IN EVANGELIO. Mat. 3. Mar. 1. Accurrentes ad baptismum Ioannis confitebantur peccata sua. *Tan. II.* De excitato Lazaro dixi Apostolis: *Solute eum, in figuram Ministerij instituendi.* Quare Ecl. 4. *Non confundaris confiteri peccata tua.*

QUÆSTIO XXXVIII.

An dimissa culpa quandoque poenam remaneat temporanea?

LVI. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERANI cum Luthero affirmant Nobiscum.

CALVINVS cum Luthero & Calvinistis negant. Vide Luthero-c.p. 3. q. 98.

CHRISTVS. Nolo. Veteris Te-

stamenti dicta, factaque sat testantur; perspè temporalem peccatoribus remanere luendam poenam, cuius donata.

1. Cùm enim Deus sit idem & non mutetur, semper & Iustus, & Misericors; misericordia tamen superaltet iudicium: idcirco licet in culpe veniam sit nunc facilior, placatus à me restitutore Amicitiae suæ ad nos: tamen Iustitiae pactum in utramque stat partem, ad & præmia iustorum, & supplicia peccatorum iustitiae diuidenda cuique prout gessit. Hinc David, 2. Reg. 12. adulterij, homicidij, culpa donata, penas expendit morte filij. Idem, 2. Reg. 24. ob numeratum populum poenitens in gratiam recipitur: optio tamen ei facta est bellum, famis, aut pestis, in partem poenæ, idque ad peccatum præteritum luendum; non ad caendum futurū. Ideo & flebat de peccato ad Satisfactionem; non de futuro ad cautionem.

2. Item Sap. 10. Sapientia eduxit eum Adamam à delito suo. & tamen ecce temporalem poenam, Gen. 2. mortem morieris: Rom. 5. Et ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccaverunt: peccato originis remissio poena, tamen subeunda luperest.

3. Dominus, Exo. 32. ob Moysi preces peccatum adorati vituli dimiserat; multa tamen millia sunt ob id imperfecta.

4. Ad preces Moysis, Num. 14. murmuratio populi remissa fuit; in poenam tanien omnes mori in deserto oportuit, præter Caleb, & Iosuen.

5. Moyses & Aaron lux ad petram incredulitatis veniam obtinuerunt; non poenam tamen evaserunt, quin more-

M 2 rentur.

